

Alfenum Varum legatum substitutum, qui transpadanae provinciae et agris dividendis praecesset: qui curavit ne ager, qui Vergilio restitutus fuerat, a veteranis auferretur.

7. TRISTIA CONDERE BELLA epitheton bellorum perpetuum.

5 *CONDERE* conponere, ut e contrario <II 4> *incondita*.

9. NON INIVSSA CANO vel ab Apolline, vel ab Augusto, vel a Maecenate, (ut) te sine nil altum mens inchoat. et hoc ideo, quia dixerat ‘aurem vellit’. HAEC QVOQVE videlicet vilia, sicut Theocriti. et hoc dicit: si quis, licet rustica, legere fuerit ista dignatus, 10 tuas tamen in his laudes inveniet; nam per myricas et nemora bucolica significat.

11. NEC PHOEBO G. V. EST nec enim pagina ulla Apollini est gravior, quam quae Vari nomen gestat in titulo: quod ideo dicit, quia hanc eclogam constat in honorem Vari esse praescriptam. 15 dicitur autem ingenti favore a Vergilio esse recitata, adeo ut, cum eam postea Cytheris *meretrix* cantasset in theatro, quam in fine Lycoridem vocat, stupefactus Cicero, cuius esset, requireret. et cum eum tandem aliquando vidisset, dixisse dicitur et ad suam et ad illius laudem magnae spes altera Romae: quod iste postea ad 20 Ascanium transtulit, sicut commentatores loquuntur.

13. PERGITE PIERIDES hortatur mussas ad referenda ea, quae Silenus cantaverat pueris: nam vult exequi sectam Epicuream, quam didicerant tam Vergilius quam Varus docente Sironem. et quasi sub persona Sileni Sironem inducit loquentem, Chromin autem et Mnasylon se et Varum vult accipi. quibus ideo coniungit puellam, ut ostendat plenam sectam Epicuream, quae nihil sine voluptate vult esse perfectum. *sane hoc de Sileno non dicitur fictum a Vergilio, sed a Theopompo translatum. is enim apprehensum Silenum a Midae regis pastoribus dicit, crapula madentem et ex ea soporatum; illos dolo*

7 te sine] georg. III 42 || 19 magna] A. XII 168 || 28 a Theopompo] cf. Aeliani v. h. III 18

1 uerum *L* uarum 1 || transpedane *L* (corr. *P. Daniel*) || prouintiae *L* || 2 uergilio *L* || 3 uetranis *L*, corr. *l* || 6 ivssa *HL* INIVSSA *hl* || CANO] sed iussa add. *R* || uel ab apollione *B* uel a Pollione Stephanus || ab augusto *l*, ut videotur; ipse librarius quid scripsisset, non potui dinoscere || uel a Mecenate hab. Stephanus || 7 mecenate *L* || (ut) te sine ego: sine *L* sive *Daniel*. ‘fort. leg.: Te sine nil altum mens inchoat Georg. III’ vir doctus in marg. *L* || nihil *L* || inat *L*, inchoat *l* || 8 uidelicet *P*: uel licet *ABH* uel haec licet *R* licet *L* || 14 in honorem *L*: in honore *reliqui* || perscriptam *vulgo* || 15 favore] honore *H* || 16 postea om. *BH* || 17 stupefactus... requireret] et spectaret cicero stupefactus cnins esset cepit requirere *L* || Cicero] dum add. *PH* || esset] est in theatro *A* || 18 uidisset *BRH*: uixisset *A* uixscisset *P* agnouisset *L* || dicatur *A* || 19 magna *BRHL* || 20 locuntur *AH* || 22 exsequi *B* || 23 didicerat *L* || syrone *BH*, ut *infra* syronem *H* || 24 chromitem *B* || mnasillum *B* mnasilon *R* mnasylum *L* || 29 adentem *L*, corr. *Daniel* || soporatum *l* se operatum, ut videotur, *L*